



Universitätsbibliothek Paderborn

**Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et
Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pyrmontani,
Liberi Baronis De Furstenberg**

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Parisiis, 1684

In Illud Vulgo, ... In Furacem. Fortunarum Etymon. Amoris Anagramma.
Joannes Hus Haereticus Combustus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7748

84 FERDINANDI EPISCOPI MONASTER.

IN ILLUD VULGO, à la mode.

DUM modus est vobis priscus, novus, omnis in usu,
Turpis habet nullum luxus in orbe modum.

IN FURACEM.

SI tibi planta foret, qualis tibi dextera, posses
Mercurii, Divos inter, habere locum.

FORTUNARUM ETYMON.

JAM quoniam nullis, nisi queis fortuna secunda est,
Dantur, fortunæ nonne vocantur opes?

AMORIS ANAGRAMMA.

UT vates inter Maro primus, & oppida
Roma est:
Virtutes inter sic quoque primus Amor.

JOANNES HUS HÆRETICUS
COMBUSTUS.

VENDIDIT errorum fumos, quos expiat
ignis,
Hussius; est fumo proxima flamma suo.